

vinciarum, non a consulis. — § 5. Qui civitatem amisit, et bona detinet, utilibus actionibus tenetur.

15. MARCIANUS, lib.

Deportatus civitatem amittit, non libertatem, et speciali quidem jure civitatis non fruatur, jure tamen gentium utitur, emit enim et vendit, locat, conducit, permutat, fenus exercet, et caetera similia, et postea quaesita pignori dare potest, nisi in fraudem fisci, qui ei mortuo successurus est, ea obliget. Priora enim bona, quae publicata sunt, alienare potest. — § 1. Deportatus a praeside sine principe, et heres existere, et legata ex testamento capere potest.

16. Idem, lib.

Cum Ulpianus Damascenus rogasset imperatorem, ut sibi permitteret patriam relinquere ad victum necessaria, et mater per libertum, ut quaedam sibi liceret filio deportato relinquere, imperator Antoninus eis rescripsit in hunc modum: neque hereditas, neque legatum, neque fideicommissum contra mores, et jus publicum hujusmodi personis relinquere potest, nec conditio harum personarum mutari debet. Quod vero pie rogastis, liceat vobis ultima voluntate eis ad victum, et alios usus necessarios sufficientiam relinquere, eisque ex hac causa relicta capere.

17. POMPONIUS.

Relegatus status et imaginibus honorari non prohibetur.

18. Idem.

Relegatus integrum suum statum retinet, et dominium rerum suarum et patriam potestatem, sive ad tempus, sive in perpetuum relegatus sit. — § 1. Deportatio autem ad tempus non est.

19. CALLISTRATUS.

Relegatus non potest Romae morari, licet hoc sententia comprehensum non sit, quia omnium est patria. Sed neque in civitate in qua versatur princeps, vel per quam transit, eis enim duntaxat principem intueri licet, qui Romam ingredi possunt. Est enim princeps pater patriae. — § 1. Cum in liberos homines ea sententia fertur, quae publicat eorum bona, qualis est in insulam deportatio, statim a sententia priorem conditionem mutant, et suae poenae traduntur, nisi quid majestatis insit, quod poenam exasperari flagitet.

TIT. XXIII.

DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS.

1. ULPIANUS, lib. 38, ad Edictum.

Ad successionem liberti patronus deportatus, et restitutus admittitur. — § 1. Sed si in metallum damnatus restitutus, nunquid servitus poena extinguat jus patronatus etiam post restitutionem? et magis est, ut non extinguat servitus jus patronatus.

2. Idem, lib. 5 Opinionum.

Si deportatus restitutus dignitatem quidem indulgentia principis recuperavit, in sua autem omnia bona non est restitutus: nec a creditoribus, nec publico nomine conveniri potest. Sed cum ei facultas oblata esset a principe, bona quoque sua recipiendi, maluerit ea derelinquere, actionibus exuere se, quibus ante sententiam subjectus fuerat, non poterit.

3. PAPIANUS, lib. 16 Responsorum.

In insulam deportati bona fisci poena remissa retinuit: creditores ex antegesto non habere cum eo, qui debitor quondam fuit, actiones constituit. Quod si bona cum dignitate restitutione concessa recuperaverit: utiles actiones necessariae non erunt, cum et directae competant.

4. PAULUS, lib. 17 Questionum.

In metallum damnata mulier cum quem prius conceperat, edidit: deinde a principe restituta est: humanus dicetur, etiam cognationis jura huic restituta videri.

15. L. 7, § 2: L. 9, supra de bon. damnat. — 16. Excep. L. 24, supra de pen. — 17. L. 21, § 3, supra de solutio matrim. — 18. L. 33, infra ad municipal. — 19. L. 21, in pr. supra de jure patronat. — 3. L. 5, infra: L. 4, C. h. t.; L. 30, supra de obligat. et act. — 4. L. 4, C. de bon. proscript. — 5. L. 6, § 2;

TIT. XXIV.

DE CADAVERIBUS PUNITORUM.

1. ULPIANUS, lib. 9, de Officio proconsulis.

Corpora eorum qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt: et id se observasse etiam D. Augustus lib. 10 de vita sua scribit. Hodie autem eorum, in quos animadvertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petendum et permissum: et nonnunquam non permittitur, maxime majestatis causa damnatorum. [Eorum] quoque corpora qui exurendi damnantur, peti possunt: scilicet ut ossa et cineres collecta sepulturae tradi possint.

2. MARCIANUS, lib. 2 Publicorum.

Si quis in insulam deportatus vel relegatus fuerit, poena etiam post mortem manet: nec licet eum inde transferre alibi, et sepelire inconsulto principe: ut saepissime Severus et Antoninus rescripserunt, et multis potentibus hoc ipsum indulserunt.

3. PAULUS, lib. 1 Sententiarum.

Corpora animadversorum quibuslibet potentibus ad sepulturam danda sunt.

LIBER QUADRAGESIMUSNONUS.

TIT. I.

DE APPELLATIONIBUS ET RELATIONIBUS.

1. ULPIANUS, lib. 4, de Appellationibus.

Appellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius, nemo est, qui nesciat: quippe cum iniquitate judicantium, vel imperitiam [re] corrigat, licet nonnunquam bene latas sententias in pejus reformet: neque enim utique melius pronuntiat, qui novissimus sententiam laturus est. — § 1. Quasitum est, an adversus rescriptum principis provocari possit: forte, si praeses provinciae, vel quis alius consuluerit, et ad consultationem ejus fuerit rescriptum: est enim quasitum an appellandi jus supersit? Quid enim si in consulendo mentitus est? de qua re extat rescriptum divi Pii praeses το κενόν των Ορχαων ad communitatem Thracum, quo ostenditur provocari oportere: verba rescripti ita se habent, Εαν επισειη τις την α δια και αντιγραφωμεν ημεις δικων, υπαρχει τις βουλομενος επικαλεισθαι προς την απουσαν, ει γαρ διδασκειν η ψευδως, η οχρ, οτως εχεν τα επισταμμενα, οδεν υπ την ειναι δεξη προδιεργασμενη των ως επρος ημων τις γρασειον, απεπεσινωσεν, id est, Si scripserit quisquam ad nos, et illi aliquid rescripserimus volenti ad sententiam nostram provocare permissum erit: si enim docuerit vel falso, vel non ita se habere quae scripta sunt, nihil a nobis videbitur iudicatum, priusquam contra scriptum fuerit, quemadmodum aliter res se habeat, quam nobis insinuatum sit. — § 2. Huic consequenter videtur rescriptum, a consultatione iudicis non esse appellandum, si quis forte interlocutus fuit, principem se consultaturum: cum possit post rescriptum provocare. — § 3. Si quis in appellatione erraverit, ut puta cum aliam appellare deberet, aliam appellaverit: videndum, an error ei nihilo officit? et si quidem, cum majorem iudicem appellare deberet, ita erravit ut minorem appellet: error ei nocet: si vero majorem iudicem provocavit, error ei nihil obest: et ita multis constitutionibus continetur. Denique, cum quidam iudicem ex rescripto principis a consulis accepisset, et praefectum urbi appellasset: errori ejus subventum est rescripto divorum fratrum, cujus verba haec sunt, Cum per errorem factum dicas uti a iudice, quem ex rescripto nostro ab amplissimis consulis accepimus, ad Junium Rusticum amicum nostrum praefectum urbi provocare, consules amplissimi perinde cognoscant, atque si ad ipsos facta esset provocatio. Si quis ergo vel parem, vel majorem iudicem appellaverit, alium tamen pro alio: in ea causa est, ut error ei non nocet: sed si minorem, nocet. — § 4. Libelli, qui dantur appellatorii, ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum, et a quo dati sint, hoc est, qui appellet, et adversus quem, et a qua sententia.

L. 18, supra de statu homin. L. 4, C. de pen. — Tr. XXIV. — 1. Adde L. ult. infra h. t.; L. 11, C. de religio. — 2. L. 3, supra h. t. — Tr. I. — 1. Lib. 7, C. 62; N. 25, 75, 93, 116. — 2. Lib. 7, C. 61.

2. MACER, lib. 4, de Appellationibus.

Sed si apud acta quis appellaverit, satis erit, si dicat, Appello.

3. ULPIANUS, lib. 4, de Appellationibus.

Scio quasitum, si quis non addiderit in libellis, contra quem adversarium appellet: an praescripiti subjiciatur? et puto, nihil oportere praescribi. — § 1. Sed illud cecidit in questionem, si plures habuerit adversarios, et quorundam nomina libellis sint plexa, quorundam non: an reque praescribi ei possit ab his, quorum nomina comprehensa non sunt, quasi adversus ipsos adquirent sententiae? Et cum una causa sit, arbitrator non esse praescribendum. — § 2. Certe si plures hi [sunt] adversus quos pronuntiat, et quorundam nomina in libellis sint comprehensa, quorundam non: hi soli appellasse videbuntur, quorum nomina libellis sunt comprehensa. — § 3. Quid ergo si causam appellandi certam dixerit? an liceat ei discedere ab hac, et aliam causam allegare? an vero quasi forma quadam obstrictus sit? Puto tamen cum semel provocaverit, esse ei facultatem, in agendo etiam aliam causam provocationis reddere, persequique provocationem suam quibuscumque modis poterit.

4. MACER, lib. 1, de Appellationibus.

Ab execute sententiae appellare non licet. — § 1. Sed ab eo, qui sententiam male interpretari dicitur, appellare licet: si tamen is interpretandi potestatem habuit, vel praeses provinciae, aut procurator Caesaris, ita tamen ut in causis appellationis reddendis hoc solum quaeratur, an jure interpretatum sit? idque etiam D. Antoninus rescripsit. — § 2. Alio condemnato is, cujus interest, appellare potest, qualis est, qui per procuratorem expertus, victus est: nec procurator suo nomine appellet. — § 3. Item si emptor de proprietate victus, est eo cessante, auctor ejus appellare poterit. Aut si auctor egit, et victus sit, non est deneganda emptori appellandi facultas: quid enim si venditor, qui appellare nolit, idoneus non est? Quinetiam si auctor appellaverit, deinde in causa defensione suspectus visus sit, perinde defensionis causae emptori committenda est, atque si ipse appellasset. — § 4. Idque ita constitutum est in persona creditoris, cum debitor victus appellasset, nec ex fide causam defenderet. Quae constitutio ita accipienda est, si interveniente creditore debitor de pignore victus provocaverit: nam absentis creditori nullum prejudicium debitor facit, idque statutum est. — § 5. Si procurator, qui iudicio interfuit, victus sit: an ipse quoque per procuratorem appellare possit, videamus: quia constat, procuratorem alium procuratorem facere non posse? Sed meminisse oportet, quod procurator lite contestata dominus litis efficitur, et ideo et per procuratorem appellare potest.

5. MARCIANUS, lib. 1, de Appellationibus.

A sententia inter alios dicta appellari non potest, nisi ex justa causa: veluti si quis in coheredum praedictum se condemnari passus, vel similem huic causam: quamvis et sine appellatione tutus est coheres. Item fidejussores pro eo, pro quo intervererunt: igitur et venditoris fidejussor emptore victo appellabit, licet emptor et venditor adqueant. — § 1. Si heres institutus victus fuerit ab eo, qui de infossico testamento agebat: legatarius, et qui libertatem acceperunt, permittendum est appellare, si quaerantur per collusionem pronuntiatum: sicut divus Pius rescripsit. — § 2. Idem rescripsit, legatarios causam appellationis agere posse. — § 3. Sed et si in fraudem suam transactionem factam ab eo, qui appellasset, dicerent: idem dicendum est. — § 4. Sed et sine appellatione si fuerit transactum, similiter rescriptum est. Si quis ipse die, inter acta, voce appellavit, hoc ei sufficit: sin autem hoc non fecerit, ad libellos appellatorios dandos biduum, vel triduum computandum est.

6. ULPIANUS, lib. 2, de Appellationibus.

Non tantum ei qui ad supplicium ducitur, provocare permittitur: verum alii quoque nomine ejus, non tantum si ille mandaverit, verum quisquis alius provocare voluerit: neque distinguitur, utrum necessarius ejus sit, necne: credo enim humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere: ergo et si ipse acquiescit sententiae, nec querimus, cujus intersit. Quid ergo, si resistat, qui damnatus est, adversus provocationem? Nec velit admitti ejus appellationem, perire festinans? Adhuc putem differendum supplicium.

7. MARCIANUS, lib. 1, de Appellationibus.

Cum quidam propter violentiam iudicis non ipsi a quo appellavit, de

L. 21, C. h. t.; L. 5, C. quor. appell. — 4. L. 5, L. 14, infra h. t.; L. 1, infra de appellat. recip. — L. 2, § 1, infra quando appell. — 5. L. 3, in pr. supra de pignori. — 6. L. 8, § 3, supra mandati. — L. 11, in fin. — L. 23, C. de procurat. — 7. d. l. 25. — 8. L. 4, § 2, supra h. t. — 9. L. 2, C. de fide instrum. — 10. L. 29, in pr. supra de iudic. testam. — 11. L. 12, C. de testam. munus. — 12. L. 14, in pr. infra h. t.; d. l. 22. — 13. L. 2, supra: L. 14, C. h. t. — 14. L. 1, § 5, infra quando appell.; L. 6, § 5, C. h. t. mutat. N. 25, c. 1. — 15. L. 2, § 2, supra de pen. — 16. L. 29, C. h. t. — 17. L. 43, supra de injur. — 18. L. ult. C. si advers. libert. — 19. L. 5, C. de

dit libellos, sed publice proposuisset: D. Severus veniam ei dedit, et permisit [ei] causas appellationis agere.

8. ULPIANUS, lib. 4, de Appellationibus.

Illud sciendum est, eum qui provocavit, non debere conviciari ei a quo appellat: caeterum oportebit eum plecti: et ita divi fratres rescripserunt.

9. MACER, lib. 2, de Appellationibus.

Illud sciendum est, neque pupillum, neque rempublicam, cum pro libertate judicatur, in integrum restitui posse: sed appellationem esse necessariam: idque ita rescriptum est.

10. ULPIANUS, lib. 8 Disputationum.

Si qui separatim fuerint condemnati, quamvis ex eadem causa, pluribus eis appellationibus opus est. — § 1. Si quis cum una actione ageretur, quae plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulae notionem principis non faciunt, omnes autem conjunctae faciunt: poterit ad principem appellare. — § 2. Sed cum adversus plures probatae essent rationes, quae eis nocerent, sufficit eis una appellatio: quia non titulo comprobatarum rationum omnes conveniebantur. — § 3. Quoties autem plures in unam summam condemnantur, utrum una sententia est: et quasi plures in unam summam rei sint promittendi, ut unusquisque eorum in solidum teneatur: an vero scinditur in personas sententia, quaeritur? et Papinianus respondit, scindi sententiam in personas, atque ideo eos qui condemnati sint viriles partes debere. — § 4. Quod est rescriptum, in communi causa quotiens alter appellat, alter non: alterius victoriam ei proficere, qui non provocavit: [hoc] ita demum probandum est, si una eademque causa fuit defensionis. Caeterum si diverse alia causa est: ut in duobus tutoribus procedit, si alter tutelam gesserat, alter non attigerat: et is qui non gesserat, provocavit: iniquum est enim, qui idcirco agnoverat sententiam, quoniam gessisse se scit: propter appellationem ejus qui non gesserat, obtinere.

11. Idem, lib. 3, de omnibus Tribunalibus.

Cum ex causa iudicati soluta esset pecunia ex necessitate iudicis ab eo, qui appellatione interposita meruerit meliorem sententiam: recipere eum pecuniam, quam solvit oportebit.

12. Idem, lib. 2 Opinionum.

Si constet, nullo actu ex lege habito duumvirum creatum, sed tantum vocibus popularium postulatum, eisque tunc proconsulem, quod facere non debuit, consensisse: appellatio in re aperta supervacua fuit.

13. Idem, lib. 2 Responsorum.

Appellanti nihil obesse, quod in libellis, a qua parte sententiae appellaret non significavit. — § 1. Non solere improbari appellationem eorum, qui vel unam causam appellandi probabilem habuerunt.

14. Idem, lib. 14, ad Edictum.

Si perlusorio iudicio actum sit adversus testamentum, an jus faciat iudex, videndum? Et D. Pius, cum inter conjunctas personas diceretur per collusionem in necem legatariarum et libertatum actum, appellare eis permisit, et hodie hoc jure utimur, ut possint appellare: sed et agere causam apud ipsum iudicem, qui de testamento cognoscit, si suspicantur non ex fide heredes causam agere. — § 1. Quotiens, herede non respondente secundum adversarium sententia datur, rescriptum est, nihil nocere neque legatis, neque libertatibus: et hoc divorum fratrum epistola continetur ad Domitium in haec verba: Quod absente possessore, nec quoquam nomine ejus respondente pronuntiatum est: non habet rei iudicatae auctoritatem, nisi adversus eum solum, qui adesse neglexerit: quare his, qui testamento libertates, vel legata vel fideicommissa acceperunt: salvae sunt actiones, si quas haberunt, perinde ac si nihil esset iudicatum: et ideo adversus eum qui vicit, permissus eis agere.

15. MARCELLUS, lib. 1 Digestorum.

Servi appellare non possunt: sed domini eorum ad opem servo ferendam possunt uti auxilio appellationis: et alius domini nomine id facere potest. Sin vero neque dominus, neque alius pro domino appellaverit: ipsi servo, qui sententiam [tristem] passus est, auxilium sibi implorare non denegamus.

jure reipubl. — 20. L. 1, L. 2, C. si unus ex plurib. appell. — 21. L. 43, supra de re iudic. — L. 1, C. si plures una sentent. — 22. L. 1, L. 2, C. si unus ex plurib. appell. — 23. L. 4, § 3, supra si servit. vind. — 24. Immo vide L. un. C. si in communi eademque caus. — 25. L. 4, C. de sentent. et interlocut. — 26. L. 5, § 1, supra h. t. — 27. d. l. 5, § 1; L. 29, in pr. supra de iudic. testam. — 28. L. 50, § 1, supra de legat. 1. — 29. L. 47, in pr.; L. 63, supra de re iudic. — 30. L. 18, infra h. t.

16. MODESTINUS, lib. 6 Differentiarum.
 Constitutiones, quae de recipiendis, necnon, appellationibus loquuntur, ut nihil³¹ novi fiat, locum non habent in eorum persona, quos³² damnatos statim puniri publice interest, ut sunt insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum.

17. Idem, lib. 8 Regularum.
 Cum in una causa separatim duplex sententia divisa datur, veluti una sortis, alia usurarum: duplex appellatio necessaria est, ne alteram agnovisse, de altera provocasse intelligatur. — § 1. Tutor pupillo datus, si³³ provocet³⁴, interim pupillo curator dabitur. Sed si tutoris auctoritas fuerit necessaria, veluti ad adendam³⁵ hereditatem, tutor ei necessario dabitur, quoniam curatoris auctoritas ad hoc inutilis est.

18. Idem, lib. 17 Responsorum.
 Lucius Titius pro servo suo, qui ad bestias datus est, provocationem interposuit. *Quaero* an huiusmodi appellationis causas per procuratorem reddere possit? *Modestinus* respondit, posse³⁶.

19. Idem, lib. singulari de enucleatis Casibus.
 Si expressim sententia contra juris rigorem data fuerit, valere non debet, et ideo, et sine³⁷ appellatione causa denuo induci potest. Non jure profertur sententia, si³⁸ specialiter contra leges, vel SC. vel constitutionem fuerit prolata. Unde si quis ex hac sententia appellaverit, et praescriptione summotus sit, minime confirmatur ex hac praescriptione sententia: unde potest causa ab initio agitari.

20. Idem, lib. singulari de Praescriptionibus.
 Qui suspectum³⁹ tutorem facit, et qui de non recipienda tutela excusationem agitat, alieno nomine agere intelligendus est. — § 1. Is vero qui in rem suam procurator datus est, intra biduum⁴⁰ appellare debet, quia suam⁴¹ causam agit. — § 2. Militibus appellandi tempora non remittuntur: et victi si non provocaverint, et solemnia fecerint postea, non audiuntur.

21. PAPINIUS JUSTUS, lib. 1, de Constitutionibus.
 Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt, appellationes, quae recto ad principem factae sunt, omissis his ad quos debuerunt fieri ex imo ordine, ad⁴² praesides remitti. — § 1. Idem rescripserunt ab iudice, quem a praeside provinciae quis acceperat, non recte imperatorem appellatum esse: ideoque reverti eum ad praesidem debere. — § 2. Si magistratus creatus appellaverit, collegam ejus interim utriusque officium sustinere: si uterque appellaverit, alium interim in locum eorum creandum: et eum qui⁴³ non juste appellaverit, damnum agnoscendum, si quod respublica passa sit: si vero iusta sit appellatio, et hoc pronuntietur, eos aestimatos, qui hoc adscribendum sit. In locum autem curatoris, qui annonam administraturus est, alium interim adsumendum, quoad usque appellatio pendeat. — § 3. Idem rescripserunt. Quamvis usitatum non sit post appellationem fructus agri de quo disceptatio sit deponi, tamen, cum popularentur ab adversario: aequum sibi videri fructus apud sequestres⁴⁴ deponi.

22. PAPINIANUS, lib. 2 Responsorum.
 Ad principem remissa cognitio, ab eo circumduci potest, qui remisit.

23. Idem, lib. 19 Responsorum.
 Ex consensu litigantium circa compromissum a praeside provinciae iudice dato, victus potest provocare. — § 1. Cum procurator⁴⁵ Caesaris, qui partibus praesidis non fugebatur, in lite privatorum jus dandi iudicis non habuisset, frustra provocatum ab ea sententia constitit, quae non tenebat⁴⁶. — § 2. Filiumfamilias, cum adversus patrem ejus de bonis, quae per ipsum poterant adquiri, pronuntiatum esset, respondi non nisi patris nomine potuisse provocare. — § 3. Eum qui cognovit edictum peremptorium secundum ordinis causam dari, placuit non recte provocasse: cum⁴⁷ in ejus potestate fuerit ante diem praestitum pro tribunali respondentem, aut defensum edicti denuntiationem rumpere.

24. SCEVOLA, lib. 3 Responsorum.
 Negotiorum gestor, vel tutor, vel curator bona fide condemnati appellaverunt: et diu negotium tractatum est. *Quaesitum est*, appellatione eo-

rum injusta pronuntiata, an quia tardius iudicatum sit, usura⁴⁸ principali pecuniae medii temporis debeantur? *Respondit*, secundum ea, quae proponerentur, dandam utilem actionem. — § 1. Curator juvenis adversus tutoris heredes iudicio expertus appellationem interposuit, cum implesset autem; annum aetatis juvenis, et in militia ageret, exequi appellationem desiit. *Quaero*, regressus a militia utrum ipse appellationem explicare deberet: an vero curatorem in eam rem conveniri oporteret? *Respondit*, ipsum⁴⁹ militem litem ad se pertinentem exsequi debere, secundum ea quae proponerentur.

25. PAULUS, lib. 20 Responsorum.
 Imperator Alexander communi eorum, qui in Bithynia sunt, Graecorum. Appellare quidem qualiter quis prohibetur a iudicantibus, non video quando licet aliam viam tenentem, idem facere et celerius ad me pervenire, injuria autem et vi uti adversus eos, qui appellant, et (ut simpliciter dicam) obstruere illis eam ad nos viam interdicimus curatoribus, et ducibus gentium, et obediunt huic meae pronuntiationi, scientes, quod tantum mihi cura est eorum qui reguntur libertas, quantum et illorum benevolentia et obedientia.

26. HERMOGENIANUS, lib. 2 juris Epitomarum.
 Ad imperatorem causam remissam partibus consentientibus, praeses si ad ejus notionem pertinet, audire potest.

27. Idem, lib. 3 juris Epitomarum.
 Tutor si in negotio pupilli provocaverit, vel curator in adulti: heres ejus antequam⁵⁰ reddat rationes, appellationis causam persequi debet: nam post⁵¹ redditas rationes, nec ipse tutor, nec curator appellationis merita probare cogitur.

28. SCEVOLA, lib. 28 Digestorum.
 Creditor cum fidejussoribus egerat, sed post iudicium acceptum ad agendam causam ipse non adfuit: et cum absoluti essent fidejussores, servus ejus appellavit. *Quaesitum est*, an appellatio, quam servus interposuit nomine domini, nullius momenti esset? *Respondit*, ejusmodi appellationem non esse observandam. — § 1. Jussus a iudice exhibere secundum praecipuum praesidis provinciae rationes, quas apud se esse caverat, instrumentorum gratia data dilatione: nec postea exhibuit: ideoque secundum constitutionem recitatum: quia per contumaciam instrumenta non exhibuerat, cum petitor, quanti⁵² sua interesset exhiberi, jurasset, facta erat condemnatio. *Quaesitum est*, an post jusjurandum appellationem interponere possit? *Respondit*, nihil proponi, cur denegandum esset appellationis auxilium. — § 2. Substituti tutores in locum legitimi tutoris experti cum eo tutela iudicio, cum arbiter inique condemnavit, quam rei aequitas exigebat, a sententia ejus provocaverunt pendente causa appellationis juvenes adoleverunt. *Quaesitum est*, cum omnis executio hujus ad adultos pertinet, et causam ad se pertinentem idonee tueri possunt, an postulatiorum contra quos appellatum erat, dicentium illos debuisse causas appellationis reddere, qui primi sunt experti, admitenda non sit? *Respondit*, eos⁵³ quorum tutela gesta esset, si vellent causam exsequi, non prohibendos. Idem et in curatoribus observandum [est], si interim adultus ad legitimam aetatem pervenit.

1640

TIT. III.
QUIS A QUO APPELLETUR.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Quod dicitur, eum¹ appellari, qui dedit iudicem, sic accipiendum est, ut et successor ejus possit appellari. Proinde et si praefectus urbi iudicem dederit, vel praetorio, ipse erit provocandus, qui eum dederit iudicem. — § 1. Ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem, non ipse provocabitur: nam generaliter is erit provocandus ab eo cui mandata est jurisdictio, qui provocaretur ab eo qui mandavit jurisdictionem.

2. VENULEIUS SATURNINUS, lib. 2, de Officio proconsulis.
 Appellari a legato proconsul potest, et si multam dixerit, potest de iniquitate ejus proconsul cognoscere, et quod optimum putaverit, statuere.

3. MODESTINUS, lib. 8 Regularum.
 Dato iudice a magistratibus populi romani cujuscuque ordinis, etiam si ex auctoritate principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipsi² tamen magistratus appellabuntur.

TIT. IV.
QUANDO APPELLANDUM SIT, ET INTRA QUAE TEMPORA.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Si quidem in insulam deportandum adnotaverit² praeses provinciae, et imperatori scriperit, ut deportetur: videamus quando sit provocandum, utrum cum imperator scriperit, an cum ei scribitur? Et putem, tunc esse appellandum, cum recipi eum praeses jubet, sententia prolata imperatori scribendum, ut deportetur. Ceterum verendum est, ne sero sit ut tunc provocetur, cum imperator insulam ei assignaverit: comprobata enim sententia praesidis tunc solet insulam assignare. Rursus illud verendum est, si mendacius³ apud principem oneravit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam provocandi. Quid ergo est? recte dicitur humanitate suggerente, ut et hoc et illo tempore non frustra provocaretur, quia non adversus principem, sed adversus iudicis calliditatem provocavit. Simili modo, et in decurione erit probandum: quem punire sibi praeses permittere non debet, sed recipere eum in carcerem, et principi scribere de poena ejus⁴. — § 1. Si quis tutor datus fuerit, vel testamento, vel a quo alio, qui jus dandi habet, non⁵ oportet eum provocare: hoc enim D. Marcus effecit: sed intra tempora praestituta excusationem⁶ allegandam habet, et si fuerit pulsa, tunc demum appellare debet: ceterum ante frustra appellatur. — § 2. Alia causa est eorum qui ad aliquid munus⁷, vel honorem vocantur, cum dicant se habere excusationem: nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suae, quam si appellationem interposuerint. — § 3. Solent plerumque praesides remittere ad ordinem nominatum, ut *Gaium Seium creent magistratum*, vel alius quis honor, vel munus in eum confertur: utrum igitur tunc appellandum est, cum ordo decretum interposuerit, an vero a remissione, quam praeses fecerit, appellatio sit interponenda? Et magis est, ut tunc sit appellandum, cum ordo decreverit: magis enim consilium dedisse praeses videtur, quis sit creandus, quam ipse constituisse: denique ipse erit appellandus, non ab eo provocandus. — § 4. Sed et si praeses in ordine fuerit, (ut fieri adsolet) inter se interdicuntur: quis ipse erit provocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio. — § 5. Biduum⁸ vel triduum appellationis ex die sententiae latae computandum erit. Quid ergo, si sententia fuerit sub conditione dicta: utrum ex die sententiae tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiae extulit? Sane quidem non⁹ est sub conditione sententia

TIT. II.
A QUIBUS APPELLARI NON LICET.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Tractandum est, a quibus appellare non liceat. — § 1. Et quidem stultum est illud admonere a principe appellare fas non esse, cum ipse sit, qui provocatur. — § 2. Sciendum est appellari a senatu non posse principem: idque oratione *D. Hadriani effectum*. — § 3. Si quis ante sententiam professus fuerit, se a iudice non provocaturum, indubitatae provocandi auxilium perdidit. — § 4. Interdum imperator ita solet iudicem dare, *ne liceret ab eo provocare*, ut scio sapissime a D. Marco iudices datos. An et alius possit ita iudicem dare: videbimus? Et putio non posse.

TIT. III.
QUIS A QUO APPELLETUR.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Quod dicitur, eum¹ appellari, qui dedit iudicem, sic accipiendum est, ut et successor ejus possit appellari. Proinde et si praefectus urbi iudicem dederit, vel praetorio, ipse erit provocandus, qui eum dederit iudicem. — § 1. Ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem, non ipse provocabitur: nam generaliter is erit provocandus ab eo cui mandata est jurisdictio, qui provocaretur ab eo qui mandavit jurisdictionem.

2. VENULEIUS SATURNINUS, lib. 2, de Officio proconsulis.
 Appellari a legato proconsul potest, et si multam dixerit, potest de iniquitate ejus proconsul cognoscere, et quod optimum putaverit, statuere.

3. MODESTINUS, lib. 8 Regularum.
 Dato iudice a magistratibus populi romani cujuscuque ordinis, etiam si ex auctoritate principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipsi² tamen magistratus appellabuntur.

2. PAULUS, libro singulari de Appellationibus.
Quaesitum est, in arbitros qui ad fidejussos probandos dantur, an appellare liceat¹² quamvis hoc casu et sine appellatione quidam putent ab eo qui eum dedit sententiam ejus corrigi posse.

TIT. III.
QUIS A QUO APPELLETUR.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Quod dicitur, eum¹ appellari, qui dedit iudicem, sic accipiendum est, ut et successor ejus possit appellari. Proinde et si praefectus urbi iudicem dederit, vel praetorio, ipse erit provocandus, qui eum dederit iudicem. — § 1. Ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem, non ipse provocabitur: nam generaliter is erit provocandus ab eo cui mandata est jurisdictio, qui provocaretur ab eo qui mandavit jurisdictionem.

2. VENULEIUS SATURNINUS, lib. 2, de Officio proconsulis.
 Appellari a legato proconsul potest, et si multam dixerit, potest de iniquitate ejus proconsul cognoscere, et quod optimum putaverit, statuere.

3. MODESTINUS, lib. 8 Regularum.
 Dato iudice a magistratibus populi romani cujuscuque ordinis, etiam si ex auctoritate principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipsi² tamen magistratus appellabuntur.

TIT. IV.
QUANDO APPELLANDUM SIT, ET INTRA QUAE TEMPORA.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Si quidem in insulam deportandum adnotaverit² praeses provinciae, et imperatori scriperit, ut deportetur: videamus quando sit provocandum, utrum cum imperator scriperit, an cum ei scribitur? Et putem, tunc esse appellandum, cum recipi eum praeses jubet, sententia prolata imperatori scribendum, ut deportetur. Ceterum verendum est, ne sero sit ut tunc provocetur, cum imperator insulam ei assignaverit: comprobata enim sententia praesidis tunc solet insulam assignare. Rursus illud verendum est, si mendacius³ apud principem oneravit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam provocandi. Quid ergo est? recte dicitur humanitate suggerente, ut et hoc et illo tempore non frustra provocaretur, quia non adversus principem, sed adversus iudicis calliditatem provocavit. Simili modo, et in decurione erit probandum: quem punire sibi praeses permittere non debet, sed recipere eum in carcerem, et principi scribere de poena ejus⁴. — § 1. Si quis tutor datus fuerit, vel testamento, vel a quo alio, qui jus dandi habet, non⁵ oportet eum provocare: hoc enim D. Marcus effecit: sed intra tempora praestituta excusationem⁶ allegandam habet, et si fuerit pulsa, tunc demum appellare debet: ceterum ante frustra appellatur. — § 2. Alia causa est eorum qui ad aliquid munus⁷, vel honorem vocantur, cum dicant se habere excusationem: nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suae, quam si appellationem interposuerint. — § 3. Solent plerumque praesides remittere ad ordinem nominatum, ut *Gaium Seium creent magistratum*, vel alius quis honor, vel munus in eum confertur: utrum igitur tunc appellandum est, cum ordo decretum interposuerit, an vero a remissione, quam praeses fecerit, appellatio sit interponenda? Et magis est, ut tunc sit appellandum, cum ordo decreverit: magis enim consilium dedisse praeses videtur, quis sit creandus, quam ipse constituisse: denique ipse erit appellandus, non ab eo provocandus. — § 4. Sed et si praeses in ordine fuerit, (ut fieri adsolet) inter se interdicuntur: quis ipse erit provocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio. — § 5. Biduum⁸ vel triduum appellationis ex die sententiae latae computandum erit. Quid ergo, si sententia fuerit sub conditione dicta: utrum ex die sententiae tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiae extulit? Sane quidem non⁹ est sub conditione sententia

dicenda, sed si fuerit dicta, quid fiet¹⁰ et est utiue¹⁰, statim tempora ad appellandum computari debere. — § 6. Quod in sententis praecipuum est, ut vel altera die vel tertia provocetur, hoc etiam in caeteris observandum, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportere, et posse, supra relatum est. — § 7. Dies autem istos, quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse oratio D. Marci voluit, si forte ejus a quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur: ait enim, *Is dies servabitur, quo primo adeundi facultas erit*. Quare si forte post sententiam statim dictam copiam sui non fecerit is qui pronuntiavit, ut fieri adsolet, dicendum est, nihil nocere appellatori, nam ubi primum copiam ejus habuerit, poterit provocare. Ergo si statim se subduxit, similiter subveniendum est. — § 8. Quid igitur, si conditio horae effecit, ut se reciperet? si forte dicta sit sententia jam suprema hora? utique non videbitur se subtrahisse. — § 9. *Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit: caeterum si non fecit, an imputetur alicui, quod ad domum ejus non venerit, quodque in hortos non accesserit, et ulterius, quod ad villam suburbanam? magisque est, ut non debeat imputari: quare si in publico ejus adeundi facultas non fuit, melius dicitur, facultatem non fuisse adeundi.* — § 10. Si quis ipsius quidem, a quo appellavit, adeundi facultatem non habuit, ejus autem quem appellavit, habeat copiam, videndum est, an ei praescribi possit: quod eum non adierit? et hoc jure utitur, ut si alterutrus adeundi fuit copia, praescriptio locum habeat. — § 11. In propria¹¹ causa biduum¹² accipitur. Propriam causam ab aliena quemadmodum discernimus? et palam est, eam esse propriam causam, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. — § 12. Quare procurator, nisi in suam rem datus est, tertium diem habebit, in suam autem rem datus, magis est, ut alteram diem observet: at si in partem proprio nomine, in partem [pro] alieno litigat: ambiigi potest: utrum biduum, an triduum observetur: et magis est, ut suo nomine biduum, alieno triduum¹³ observetur. — § 13. Tutores, item defensores rerum publicarum, et curatores adolescentium vel furiosi tertium diem habere debent, idcirco quia alieno nomine appellant. Ex hoc apparet, tertio die provocandum defensori, si modo quasi defensor causam egerit, non suo nomine, cum obtentu alieni nominis suam causam agens tertio die appellare possit. — § 14. Si quis suspectum¹⁴ tutorem faciens, non obtinuerit, appellare eum intra triduum debere *Julianus libro quadagesimo Digestorum* scripsit: profecto quasi pupilli defensorem. — § 15. Si adversus absentem fuerit pronuntiatum: biduum, [vel] triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronuntiatum est: quod autem dicitur, *absentem posse provocare, ex quo scit*, sic accipit, si non in causa per procuratorem defensus est: nam si ille non provocavit, difficile est, ut hic audiatur.

2. MACER, lib. 1, de Appellationibus.
 Si procuratorio nomine egeris, et victus appellaveris, deinde injusta appellatio tua fuerit pronuntiata, potest dubitari num secundo¹⁵ die appellare debeas, quia cum de tua appellatione injusta pronuntiatum sit, tua interfuisse videtur? sed rectius dicitur, tertia¹⁶ die appellare te posse, quia nihilominus alienam causam defenderis. — § 1. Sed si alius, quam qui iudicio expertus est, appellet, qualis est, cujus¹⁷ interest, an etiam tertia die appellare possit, videamus? sed dicendum est, secunda die appellare eum debere: quia verum est, eum suam causam defendere: contrarium ei est, si dicat idcirco sibi licere intra triduum appellare, quia videtur quasi alieno nomine appellare: quando, si velit causam alienam videri, semetipsum excludit: quia in aliena causa ei qui iudicio expertus non est, appellare non liceat. — § 2. Si is, qui ex libertinitate¹⁸ in ingenuitatem se defendebat, victus appellare omiserit, an pater ejus appellare, possit, maxime si dicat eum in potestate sua esse, quaeritur? sed si potest, quod magis probatur, secunda die, ut propria causa appellare debet. — § 3. Si pro eo qui¹⁹ capite puniri jussus est, *necessaria persona* appellet, an tertia die audiri possit, Paulus dubitat? Sed dicendum est, hanc quoque personam, ut in propria causa, secunda die appellare debere: quia qui sua interesse dicit, propriam causam defendit.

3. Idem, lib. 2, de Appellationibus.
 Illud videamus, si cum imperatori scriberetur, exemplum literarum litigatorum editum sit, neque is appellaverit, et postea contra eum rescriptum sit: an appellare a literis pridem sibi editis possit? qua [qui] tunc non appellavit, vera esse quae scripta sunt, consensisse videtur: nec audiendus est, si dicat eventum rescripti sacri sustinuisse.

1642

TIT. III.
QUIS A QUO APPELLETUR.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Quod dicitur, eum¹ appellari, qui dedit iudicem, sic accipiendum est, ut et successor ejus possit appellari. Proinde et si praefectus urbi iudicem dederit, vel praetorio, ipse erit provocandus, qui eum dederit iudicem. — § 1. Ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem, non ipse provocabitur: nam generaliter is erit provocandus ab eo cui mandata est jurisdictio, qui provocaretur ab eo qui mandavit jurisdictionem.

2. VENULEIUS SATURNINUS, lib. 2, de Officio proconsulis.
 Appellari a legato proconsul potest, et si multam dixerit, potest de iniquitate ejus proconsul cognoscere, et quod optimum putaverit, statuere.

3. MODESTINUS, lib. 8 Regularum.
 Dato iudice a magistratibus populi romani cujuscuque ordinis, etiam si ex auctoritate principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipsi² tamen magistratus appellabuntur.

TIT. IV.
QUANDO APPELLANDUM SIT, ET INTRA QUAE TEMPORA.

1. ULPIANUS, lib. 1, de Appellationibus.
 Si quidem in insulam deportandum adnotaverit² praeses provinciae, et imperatori scriperit, ut deportetur: videamus quando sit provocandum, utrum cum imperator scriperit, an cum ei scribitur? Et putem, tunc esse appellandum, cum recipi eum praeses jubet, sententia prolata imperatori scribendum, ut deportetur. Ceterum verendum est, ne sero sit ut tunc provocetur, cum imperator insulam ei assignaverit: comprobata enim sententia praesidis tunc solet insulam assignare. Rursus illud verendum est, si mendacius³ apud principem oneravit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam provocandi. Quid ergo est? recte dicitur humanitate suggerente, ut et hoc et illo tempore non frustra provocaretur, quia non adversus principem, sed adversus iudicis calliditatem provocavit. Simili modo, et in decurione erit probandum: quem punire sibi praeses permittere non debet, sed recipere eum in carcerem, et principi scribere de poena ejus⁴. — § 1. Si quis tutor datus fuerit, vel testamento, vel a quo alio, qui jus dandi habet, non⁵ oportet eum provocare: hoc enim D. Marcus effecit: sed intra tempora praestituta excusationem⁶ allegandam habet, et si fuerit pulsa, tunc demum appellare debet: ceterum ante frustra appellatur. — § 2. Alia causa est eorum qui ad aliquid munus⁷, vel honorem vocantur, cum dicant se habere excusationem: nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suae, quam si appellationem interposuerint. — § 3. Solent plerumque praesides remittere ad ordinem nominatum, ut *Gaium Seium creent magistratum*, vel alius quis honor, vel munus in eum confertur: utrum igitur tunc appellandum est, cum ordo decretum interposuerit, an vero a remissione, quam praeses fecerit, appellatio sit interponenda? Et magis est, ut tunc sit appellandum, cum ordo decreverit: magis enim consilium dedisse praeses videtur, quis sit creandus, quam ipse constituisse: denique ipse erit appellandus, non ab eo provocandus. — § 4. Sed et si praeses in ordine fuerit, (ut fieri adsolet) inter se interdicuntur: quis ipse erit provocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio. — § 5. Biduum⁸ vel triduum appellationis ex die sententiae latae computandum erit. Quid ergo, si sententia fuerit sub conditione dicta: utrum ex die sententiae tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiae extulit? Sane quidem non⁹ est sub conditione sententia

7. L. 1, infr. de vacant. muner. — 8. *Mutat. N. 25, c. 1.* — 9. L. 37, in pr. supr. de excusat. — 10. L. 7, § 4, in fin. supr. de interd. et releg. — 11. L. 20, § 1, supr. l. 6, § 5, C. de appellat. — 12. *Mut. N. 25, c. 1.* — 13. L. 2, infr. h. t. — 14. L. 3, infr. tit. prox. — 15. L. 1, § 5, supr. h. t.; N. 25, in pr. — 16. L. 1, § 22, § 24, supr. h. t. — 17. L. 4, § 2, supr. de appellat. — 18. L. 1, supr. de liberali causa. *adde* L. 1, § 1, infr. tit. prox. — 19. L. 6, supr. de appell.

31. Infr. nihil innovari appellat. interpos. — 32. L. 6, § 9, supr. de injust. rupt. irritis factis. — 33. L. 2, supr. de tut. et curat. dat. — 34. L. 4, in pr. supr. de excusat. *inno* vide l. 1, § 1, infr. quando appell. — 35. L. 13, in pr. supr. de tut. et curat. dat.; L. 19, supr. de auctor. tut. — 36. *Arg. L. 11, supr. de publ. judic. inno* vide l. 27, L. 32, supr. de re judic. — 37. *Adde* L. 3, § 14, infr. quando appell. — 38. *Mutat. N. 25, c. 1.* — 39. *Adde* L. 3, § 14, infr. quando appell. — 40. *Mutat. N. 25, c. 1.* — 41. L. 1, § 11, infr. quando appell. — 42. N. 17, c. 2, in fin. — 43. L. 1, infr. si tut. vel curat. — 44. *Adde* L. 7, in fin. supr. qui ser-

12. *id. cog.*; L. 22, § 8, supr. soluto matrim.; L. 5, C. quor. appellat. — 45. L. 1, C. de pedan. judic. — 46. *Fac. L. ult. supr. de jurisdict.* — 47. L. 75, in fin. supr. de judic. — 48. L. 41, in pr. supr. de usur.; L. ult. supr. de re judic. — 49. L. ult. § ult. infr. h. t. — 50. L. 24, § 1, supr. cod.; L. 5, § 6, supr. de admin. et peric. tut.; L. un. C. ut causae post pueri. adf. tutor; L. 1, supr. de fidejuss. tut.; L. 1, C. de hered. tut. — 51. L. un. in fin. infr. si pendente appell. — 52. L. 68, supr. de rei vind.; L. 53, in pr. supr. de re judic. — 53. L. 24, in fin. supr.; L. 9, L. 10, C. h. t.

Tit. II. — 1. L. 9, supr. qui satisd. cog. — Tit. III. — 1. L. 32, § 3, C. de appell. — 2. L. 1, supr. h. t.; L. 1, § 3, supr. de appell. — Tit. IV. — 1. Lib. 7, C. 63; N. 25 — 2. L. 6, § 1, supr. de interd. et releg. — 3. L. 1, § 1, supr. de appellat. — 4. L. 6, § 7, supr. de injust. rupt. irritis factis testam. — 5. L. 16, in fin. supr. ad leg. Corn. de sicar. — 6. L. 16, supr. de excusat. *inno* vide l. pen. supr. de tut. et curat. dat.; L. 4, supr. de excusat. — 6. L. 15, supr. § 16, inst.; L. 18, C. de excusat. tut. —